

III.
NEOVIDENSIS

Nro. 82. (Neovidensis 1808. Nro. 81.)

Politica Mortuorum Colloquia.

Elysium-Meum.-Die Veneris 21. Oct. 1808. (Neov. 4 Oct. 1808.)

Inesse quin etiam sanctum aliquid & providum putant, nec aut consilia earum aspernantur, aut responsa negligunt.

Tacit. de moribus Germ.

Confabulantes Manes.

Iris. Acidalius.

Iris. **H**ominem profecto singularem! ausim quærere nomen?

Acid. *Acidalius* vocor, erudito orbi celebrato nomine.

Iris. Præclarum scilicet nomen, ab acido, Olla fermenti, novi Etimologiam.

Acid. Circumferebar pro hoste feminarum, fateri debeo: eram is, quod auctoritatem feminarum in politicam in bonum & malum nationum integrarum abominabar.

Iris. Obsequentissima Ancilla Domine Acidali! id quidem politicam muliebrem nec hilo imminuit; dominatus mulierum perseverat.

Acid. Omnia quidem amorositas sunt in hoc mundo, at equidem veteris ordinis patronus sum — mulier obsequere viro tuo —

quamquam Galli idcirco divum Paulum in-urbanum Apostolum promulgent; at vir, memor dignitatis suæ, non quæstum agitans, non clanculum tractans, verum imperans opera abstinere potest, muliebrem politicam assequendi, alioquin albis lineis filis contextam. —

Iris. Hæc lingua Turcici Præfecti Care Acidali, nihil probat amplius, quam Acidalium morosulum esse. Res ea ratione infiltratur, ut ipsa illa virorum heroica denegatio intentionem mulierum expleat, eique faciat satis. Etenim mulieribus singularis promarium genere methodus est. Viri nihilominus circumveniuntur, seque ipsos frustrant gratiarum actione, qua de communi usu amicabilem obsequendi promittitur præmiatur. Germani venerationem suarum mulierum a majoribus suis didicerunt, hædaruntque: Sancta ea iis fuit, earum consilia non vilipendebantur, responsis earum deferebatur, credebaturque res futuras ab iis prædivinari, quod probabiliter artem intelligerent, futura ad suum arbitrium exigendi: an germanos patriæ virtutis pudeat? contumacia nunquam prudens mulier humiliata, bene vero irritata earum dos-sensitiva, quæ subsidiorum feracior, omni politico virorum artificio.

Acid. O dilecta matrona! mundus vehementer mutatus est, omnis muliebris auctoritas in politicam sublata est.

Iris. Aine? at amabo, an nonnulla exselsa matrona dominatum non procurat? non

ejus promotionis ad altiores honores causa est? an non fons & principium nonnunquam omnis fortunæ maritalis? miserande Acidali!

Acid. Jam intelligo, auctoritas aliam habet directionem.

Iris. Sum Junonis nuncia, ut Jovis Mercurius caduceator est. Sæpe ad superiores auras expeditor, si reapse hæc viget opinio femineas technas penetrari posse, ad ejus confirmationem historiam ex Oriente, in quo femineæ mancipatu tenentur, narratura sum, ad eam adprehendendam sciendum cumprimis est: in Arabia certum lusum more esse receptum, qui pacto continetur, nihil ab alio quoquam acceptandi, quin vocem Diadesie pronunciet acceptans, hic lusus nonnunquam pluribus hebdomadis caute traducitur, utraque paciscentium pars ingenii aciem intendit, ad alteram percellendam, ultra primum conditionis obliviscitur, quidpiam acceptat absque memoratæ voculæ enunciatione, pacto inito cecidit, mulctamque solvit.

In hac regione Philosophus diuturno tempore, quod sensus expertus non esset, muliebri dominatui in humilitate litaverat, repente melioris edoctus, prudentiorem se futurum apud philosophicum suum proponit, statuitque, decrevitque animum; eum in finem librum *de Virtutibus, artibusque feminarum* concinnavit, eumque, quacunque ibat, secum bajulabat, ut quavis occasione ex eo consilia legere valeat.

Die quadam, arabicum Philosophus no-
 ster præterit tentorium; pro vestibulo sede-
 bat juvenis vigoris gratiæque plena mulier,
 quæ prætereuntem amice salutat, utque apud
 se quietem capere dignaretur, hospitem sva-
 vi hospitalitate etiam atque etiam orat; pa-
 ret ille blande vocationi, fessus enim devia
 erat, at vix sedem capiebat, vix staturam
 ejus, oculos, locum solitarium, tapetem,
 culcitramque perscrutabatur, jam de Systemate
 suo paullum angri coepit quare præsidium,
librum videlicet arripuit, eumque devote vol-
 vit; „profecio præclarus hic liber,” ait for-
 mosa arabs, qui te *adeo* amovet? — Ita sa-
 ne, reponit Philosophus, complectitur is my-
 steria, — quæ mihi pandere, & revelare de-
 trectas, subjungit gratiosa muliercula, voce
 ex iis petita, quæ cordas quasvis virilis ani-
 mi sua vi perstrigunt — pace mea! respondit
 ille; complectitur Elenchum perfectum omni-
 um *artium vastrarum mulierum*, quo profecio
 animus tuus non oblectabitur, cum nihil in
 eo *novi* repertura sis; — res hæc arabicæ
Aspasiæ jocosa videri. An vero certus es, quæ-
 rit: *quasvis* artes eo contineri comprehendi-
 que? — Inter jocularia remissio animi liber-
 rior fiebat, philosophum libri oblivio cepit;
 coepit blandior reddi, cum subito mulier ma-
 ritum rure reducem imminere advertit; heu!
 eheu! exclamat pavoris & tremoris plena mu-
 lier, perimus, juva! adjuva; obsecro, —
 maritus meus te isthic videns, ambos nos ob-
 truncabit; per Prophetam obtestor, abde te

quo ocius in hoc scrinium, si mea, si tua, si utriusque vita tibi cara est — Philosophus non diu cunctatus, obsequitur tremens ipse, & hæc eum aræ studiose ineludit.

His peractis, occurrit marito — opportuno, ait, si superis placet! advenis tempore; hoc ipso momento homo peregrinus ad me adiverat, sapiens vir, ut principio sermonis jactabat, utpote qui Codicem integrum de mulierum *versutiis* pugno suo conscripserat, at subæque admodum erat temerarius, & sermonem *de amore* ducebat. Facile colligere licet quanto Arabs æstu correptus fuerit, at quis describet angores Philosophi, qui quasi solutus lethali sudore, quamvis vocem idum lethalem, quo conficeretur, excepit; Ubi est infelix ille homuncio? ut mea manu evisceretur, — *hæc arca* continetur, reponit serio vultu mulier; simul Claves ad fatale ostium reserandum ira ardenti porrigit, — at at — dum hic veloci motu in arcam irruit, clavem admoturus illa enormem tollit Cachinum, deprehense! deprehense! exclamat, inter continuos risus, illico, *stante pede* pactatam porrige summam; nonne claves acceperasti; & *Diateste* non pronunciaisti! — miser maritus stupore plenus obrigit, brachia perpendiculariter demittens. Ita est, vicisti, bravium retulisti verum — improbula mulier! iracundiæ mihi, elicitiæ parcere potuisses, quo dicto patienti animo Clavem, & pactatam summam reddidit, ubi postea tentorio iterum excessisset, mulier semi-animum

nostrum protrahit Philosophum. Doctissime, eruditissime Domine! eum alloquitur, tranquille vade per viam tuam, at non, cave obliviscaris *anecdotalum* isthoc libro tuo inserere.

Acid. Gratias habeo pro tam elegante narratione, ex orientali litteratura, herbam ultro porrigo. Sed ut se res in mundo superiore habent? — articulus rerum memorabilis vertitur.

Iris. Cum nuper in mundo sublimiore essem, omnia conversa esse deprehendi, haec genus animadvertatur Anglos adversus Russiam ultra modum delicate bellum mari gerere, at praelium de 26. Aug. sinu Virgineo, in quo navis Russica ignibus hausta est, argumentum praebet Angliam cogitandi rationem mutasse; die 20. Sept. D. Jacobus Soumarez cum 4 linealibus binis linealibus sub imperio Contra Admiralis Hood accessit, hic cum 11 Svecicis linealibus, & quinque Fregattis ad Baltisch portum, ubi Classiula Russica sub Pro Admirale Chanykow stationem habebat, constitit, at portus hic securitate destituitur Rogerwikum contra; nomen ab insula id ambiente trahens, urbecula est Districtualis in Esthia; seu Praefectura Russica Revaliae ad mare Balthicum, ubi annis Badis influit. Petrus I. Imperator eum munire inchoavit, Catharina II. hoc nomen An. 1762. impertivit, at ob grandes intercedentes difficultates operas abrogavit, portus proin imperfectus est; interim Canitie obsitus Admiralis *nyems* glacialibus crustis adproperat &

usque finem Octobris Anglos ad reditum dispoet, ut proinde longas operationes suscipere non potuerint, at vero relationes eos inter & Russos nimio opere esse perversas oportuerit, cum hostilitates majores occipiant.

Omnis politica Curiositas de præsentis Erfurtum directa est. Die 3. Ser. Princeps Primas e Galliis discessit, die 1. hæc erat ibidem rerum facies.

Erfurto 1. Octob. Excelsis Isthic de præsentis commorantibus hospitibus accensendi sunt: Ser. Dux Wilhelmus Borussiae cum Ser. Principe ab Homburg. Ser. Dux a Gotha, Ser. Dux Domina Wittenbergica, Ser. Princeps Domina a Thurn et Taxis, Ser. Dux de Vincenza, Ser. Dux Frid. Franc. Megalopoli Sverinensis; Excel. Cæs. Russicus negot. ext. minister D. C. a Romanzow: Excel. Austriacus Supr. rei torment. Præfectus C. a Vincent; Excel. Cæs. Gall. Minister negot. ext. D. a Champagny, DD. Gen. Duces & Gen. Adjutores S. M. Imp. Gall. Savary, Lauriston, Lebrün, Bertrand, D. Gen. Dux Colprence, S. Excell. Gen. Supr. Stabuli Magister, D. a Caulincourt, Excel. D. Gen. D. Boyer, Ser. Princeps Frid. Gunther a Rudolstad; Domini Principes Reuss-Greitz, Reuss-Lobenstein, Reusz Ebersdorf, & Reusz-Schlaiz & Gera &c.

Præsidarii quoque ejates uno Collonello, 21 Officiales, 348 loricatis & Hussaris augerantur ad Servitia in societate jam hic commorantis militis opœunda.

Juffu altiffimo Incolis hujatibus promulgatum est: Stationem habenti & kospitio illo locato militi nihil ultra hofpitiũ ligna, lecticam, lumenque præftandum fore.

B I O G R A P H I A.

Acidalius (Val.) Vir egregie doctus natus Wittftockii in Marchia Brandeburgica, verum anno ætatis nono vicesimo 95 Sec. XVI. jam denatus paullo ante Ecclefie Romanæ se ad-dixit, quod nullam pomotionem fortuna-rum diu poffet adipifci, præter alia fcripta edidit notas in Velej. Paterculum, Tacitum, Curtium, admodum æftimatas. Attribuitur ei quoque fed non jure fcriptum: *Mulieres non effe homines*, ob quod multum exercebatur, de obitus genere variæ fententiæ, certum nihilominus naturali morte obiiffe.

Iris Thaumaf ei & *Electra* parentes, *Harpie* Sorores: fecundum Mythologiam Junonis nuncia, quemadmodum *Mercurius* Jovi adparebat; græcum nomen arcum pluvialem denotat, prout patris admirationem, quod ipfum fabulæ occafionem præbuit eos personificandi, pingitur ut arcui pluviali infidens, alif pofit tergum relictis, ad velocitatem & promittudinem, qua in obeundo imperio Deorum reginæ vitur, exprimendam.